



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summæ Card. Toleti

Minucius, Genesius

Sammieli, 1613

De forma baptismi cap. 19.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41701

De forma Baptismi. Cap. 19.

VNICA est baptismi forma,
sed triplex eam exprimen-
di modus, quorum primus
est Gr̄ecorum dicentium: Baptize-
tur seruus Christi talis, (exprimen-
do nomen eius) in nomine Patris,
& Filii, & Spiritus sancti, Amen.
Secundus est Latinorum : Ego te
baptizo, in nomine Patris, & Filii,
& Spiritus sancti. Tertius est sub
dubio : Ut si es baptizatus non te
baptizo sed si non es baptizatus,
ego te baptizo in nomine Patris,
& Filii, & Spiritus sancti, Amen. Est
vero obseruandum in omni for-
ma, ut simul forma sit moraliter
cum materia seu ut moraliter eo-
dem tempore proferatur, quo ma-
teria applicatur, nec ullo modo va-
rietur, quia omnis variatio sine ne-
cessitate est peccatum, & si sit cir-
ca substantialia tollitur baptismi

veritas, & ex consequenti eius effectus, ut si quis omittat te, vel non explicet clare personas Trinitatis. Mutationes autem quæ in genere possunt in formis sacramentorum contingere, & vitari debet, sex sunt his verbis comprehensa.

Nil formæ deiras, nil ponas,
nil variabis.

Transmutare caue, corrumpe
re, verba morari.

De Baptismi Ministro. Cap. 20.

Duplices est Baptismi minister unus ex officio, alter ex necessitate: ex officio est solus Sacerdos curatus, adeo quod extra necessitatem, quilibet a parocho baptizans, peccet, & si laicus sit, sit irregularis si solemniter baptizer. Minister necessitatis est duplex. Alter ex speciali Dei ordinatione, ut angelus interdum: